

Cap. LXXVII. De mercenariis de fideiussione
et subtractu ipsorum. Ac de alienacione
bonorum dominorum suorum.

5 **S**tatuimus quod quicumque mercenarium vel mercenariam
aliquam alicuius, dum cum eo steterit, subtraxerit aut
aliquo modo subtrahi fecerit, componat mediam march. den. co-
muni. ¶ Si vero eum vel eam conduxerit extra civitatem Ter-
gesti, solvat unam march. comuni, et refitiat dampnum domino
seu domine ipsius. ¶ Et si talis comprehendi poterit in persona
10 et non habuerit unde solvere penam, frustetur. ¶ Si vero con-
prehendi non poterit, baniatur, de quo banno exire non possit
quousque non persolvit. ¶ Et quicumque induxerit mercena-
rium alicuius utriusque sexus fraudulentè in suo servitio, sine
consensu domini vel domine, componat comuni sold. quadra-
15 ginta par. et mercenarius sold. viginti par. solvat comuni, et
acusator habeat sold. quinque par. ¶ Et si mercenarius vel
mercenaria // non haberet unde solvere, frustetur. ¶ Et quod 280 A
nullus mercenarius utriusque sexus presumat vendere vel
donare panem vel alia victualia, que secum portaverit ad
20 aliquod laborerium, quod si repertum fuerit, componat comuni
nomine pene octo frx. ¶ Et quicumque mercenarius vel mer-
cenaria alicui persone dederit vel alienaverit de bonis domi-
norum suorum, tam intrinsecis quam extrinsecis sine licentia
domini vel domine, componat comuni tam dans quam accipiens
25 quilibet octo frx., que tamen pena in discretionem domini con-
sistat. ¶ Si vero aliquis receperit aliquid in deposito vel sal-
vamento ab aliquo mercenario utriusque sexus, de bonis ali-
quibus domini vel domine sue, componat comuni nomine pene
frx. viginti, et refitiat sive restituat ablata dominis rerum,
30 fraude remota. ¶ Et nemo tabernariorum vel alia persona res
predictorum mercenariorum utriusque sexus scienter ab illis
vel ab aliis ullo modo per interpositam personam presumant
accipere in pignore ultra unum frx.; et si aliquis contrafecerit,
restituatur pignus, tamen regressum habeat contra talem mer-
35 cenarium de eo quod dederit sibi, si de suo habuerit; et si nil
habuerit, transacto termino ipsius mercenarii, talis tabernarius